



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

12 de Bonorum decoctoribus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

tamen dixit, venari posse clericos non tumultuosa venatione, veluti piscatione, quod verum est: legitimus enim sanctos piscatores, vt D. Petrum. Hugo Cardinalis cum Anglia & Scotiae episcopis in Anglia synodum peregit, in qua praeter cetera ordinatum, vt clericus, qui ceruos aut damas intra saltus occidisset, a profano iudice multaretur. *Polyd. Vergil. lib. 13. histo. Angli.* Postremo, ¶ in venationibus modus consideratur, nam in litoribus facere in itinere frequenter, & tendiculas ibi ponere, ad capiendas fetas non licet, nulla monitione praecedente, alioquin teneatur de damno dato carum occasione, *quis fontis. 28. ad leg. Aquil. lib. 9. P. tit. 2.* aliter licet. Nec licet noctu piscatoribus in littore maris ignem accendere, ne decipiantur nauae, putantes ad portum se appellere. *l. ne piscatores. 10. de inuen. rui. & nauis. lib. 47. P. tit. 9.* Constitutiones regiae Philippo Pulero, de quibus supra meminimus, certum piscatoribus imponunt modum, in instrumentis piscatoriis, in plagis, in tempore piscandi, in magnitudine piscium. Et aliae quaeque constitutiones de venationibus editae constituant, quibus instrumentis liceat, & non liceat venari, quae ibi obseruare licebit.

De laruis, & personatis. Cap. 11.

- 1. Laruas ferre vitium frequens Gallis. & quare.
- 2. Persona seu larua prohibita. 3. 5. 6. 7. 8. & 11.
- 4. Histrioni uetatur sumere personam & vestes sacre virginis.
- 9. Persona seu larua permixta in festo matris, ut dicebant Deum. Et 10.
- 12. Personam alterius agere publice, iniuriarum habet uindictam.

1. Vitium ¶ hoc & crimen familiare Gallis est, vt personam irreputant in aedes alienas, nolentes qui sint detegi, propria conscientia seipsum aperte nihil boni auros prodentes. Oriunturque ex illis laruis prope innumera scelerata, quae magis cogitata sunt, quam explicari oporteat: qui enim male agit, odit lacem, & agnoscit non vult, & mentitur saepe & faciem & sexum, vt solent fures, luxuriae de diti,

*Qui Curios simulans, & Bacchanalia viuunt. Juuen. Saty. 2.*

2. ¶ Item & ii, qui nocere, iniuriam vel alius inferre desiderant. Prohibuit Franciscus I. eius nominis Galliarum rex, anno 1539. die nona Maii, ne quis armatus, potissimum laruatus, per itinera, ciuitates, oppida incederet proscriptioe bonorum indicta in eum, qui hoc attentasset, parte media aetario regio, altera delatori decretata, & poena corporali & pecuniaria arbitrio iudicis relicta. Prohibuit & Senatus Parisiensis 15 Iulii anno 1551. Laruas has vendi, ferrive a quoquam. Idipsum quoque Tholose saepe, saltem singulis Saturnalibus, quae Christiani nomine tenentur exercere deprauiata corruptela, ante inuentis quadragesima die repetitur tamē plerumque frustra, vt non loquendam non sit, eos qui prohibent, magistratus in quos, quos alius pralucere oportet, pernicioso exemplo viam facere. Videbit autem rex in posterum, si velit rempublicam fore, num iuuenes, qui his passionibus animique voluptatibus adhuc detinentur ridiculis & improbis, quibus clauum committit, possint serio graues reipublicae lacrymas abstergere, & ruentem structuram imperii salutare & emendare. Verum ii diuites sunt & iuuenes: egeremus igitur probis pauperibus & senibus, quibus, quae Deus prohibuit, exsequendi cura esset.

3. ¶ Prohibuit ¶ itaque Deus has laruas: *Ne mulier inquam vestem virilem, vir muliebrem induat, tanquam sibi abominabile.* *Deut. 22. c. si qua mulier in 2. 30. dist.* Haec hilaritas effusa, quae καμω Gaeis, de qua postea, vitis non conuenit, vt Memedemus conuulsi Antigonon, an luxuriosum conuiuium καμω adiret, hoc solum illi tenentati iustitiam regis esse filium, *Dio. Laert. lib. 2.* Et Gregorius Nazianzenus *εάν τις κάμω κληθῆ, μη παύσῃ, σὶ ἀδύνατον* (vnde & nos deducere possumus *momoi*) uocatus fueris, ne properes. ¶ Vetatur ¶ iure, ne histrio personatus in scenam ueniat cum uestibus sacris vel uestaliis. *l. m. m. de episc. audien. C. 5. fin. de episc. & cler. colla. 9.* ¶ In ¶ lege Langobardorum hoc inter iniurias plebitur: sic enim scriptum, *l. fin. de eo qui in uia ante stetit lib. 1. leg. Langobard.* Si quis homini libero misisse iniuriam fecerit, d. est. Gualapuz, 80. solidos ei componat. Gualapuz dicunt, dum tibi quis furcivum uel uentum induxerit, aut tibi caput laterocinandi animo, aut faciem transfigurerit. Vocant Gallia fetti personas has *mascas* & *mosmos*, quae nomina usque adeo horrida sunt & pernitiosa, vt mirer cur illi, qui se inter alios alicuius esse pretii, honoris, & dignitatis iactant, & arbitrantur, uelint has iadare. Multas uocant Langobardi caecodemones illos nocturnos ephalatas & striges, & lamias quae feruntur deuorare & necare infantes.

¶ Sic ¶ n. audi legē illorum loquentem a Rhacario rege scriptā. *l. in. de homicid. sermo. ministeria. vel aduatum. lib. 1. leg. Langobard.* Nallus presumat Aldiam alienam uel ancillam, quae strigam, quae dicitur *masca*, occidere: quia Christianis mentibus nullatenus est credendum, nec possibile est, ut mulier hominem uiuum possit inuiscus comedere. ¶ Graeci ¶ autem καμω dicunt uirperationem, maculam, reprehensionem: unde Lucianus fingit in Heremotimo quemdam dictum illi Deum Momum, qui reliquos suos deos iridet. Proinde isti irridendi causa, si se ita transformet, uiderint, num Christiano digna sit sublatio: & num ipsi potius ridiculi & contumeliales & impii reddantur. ¶ Lex ¶ capitale statuit in Anglia seu Britannia, personas induere, vt refert Polyd. Vergilius, *lib. 5. de inuentor. rer.* ¶ Videtur ¶ nostri paganos Romanos imitari, quibus festus dies erat sacrae matris ut uocabatur Deum, quo facere, imitari personaeque induere quilibet licebat: cuius oblatam commoditate Materius uolebat Celsarem Commodum necare, sed detectus capitis poenas luit. *Herodot. lib. 1.* Scribit & Dio Cassius, ¶ Saturnalia ¶ a feruis fieri solita habitu dominorum. ¶ Constitutiones ¶ ecclesiasticae, laruas has & theatrales ludos, ut turpitudines & ludibria & corruptelam expellunt, *ca. cum de corem de uita & honest. cleric. apud Gregor. 11. de specia. in eccles. non. faciend. in pragmat. sanct. ex concilio Basiliensi.* negantque factam communionem histrionibus & scenicis hominibus non penitentibus, qui hanc laruaem exercent imitationem, *c. pro dilectione, & cap. scenicis, de consecrat. dist. 2.* habitusque sunt turpes & infames eorum personae, *l. 2. §. ait prator, de iis qui not. infra. ca. 1. 4. 9. cap. 1. §. dist. & quae exheredati ab honestis parentibus possunt, §. causas, ut cum de aedea. cog. in auth. ¶ Misceatur ¶ cum istis laruis ludicris interdum iniuriarum & contumeliarum causa, dum alterius quis imitatur personam in publicum prodit, idque leges quocumque pantiunt: ut si quis ueltem fordiam rei nomine in publico haberit, uel capillum submisserit. *l. ueltem, 39. de iniur. P.* Moris enim erat Romanis seis submittere capillos, ut ait Plinius, *lib. 7. Epist. epist. Sura suo.**

De bonorum Decoctoribus.

CAP. 12.

- 1. Decoctores bonorum catamidiari debent.
- 2. Comus, quales Deum habuit, eius fustum & figura. 3. & 4.
- 5. Commissantium & epulonum tristis quis exiis, & plana.
- 6. Decoctor bonorum infamis.

¶ Rodeunt ¶ ex superioribus proxime recensitis uideendi perditis uitiis bonorum decoctioes, facili & leui uia, ex procijs, luxuriosis & nepotibus perditis, otiosisque. & popinis gaudentibus: quare & illis crimen hoc impunitum esse non debet, qui bona a maioribus multo parua labore, & eum uita & animae saepe discrimine confumunt. Statuit Aelianus Celsar merito decoctores bonorum suorum, si suae auctoritatis essent, catamidiari in amphiteatro & dimitti, vt auctor Spartianus, in *Adrian.*

¶ Apud ¶ antiquos idola ueltra καμω, habitus Deum, & commestationum nocturnarumque saltationum praeses, in cuius milita auctorabantur iuuenes, qui conotati noctu, cum facib. musicisque instrumentis, ad amicum fores, saltandi cantandique gratia concurrebant, procaciterque lasciuiebant, adeo ut fores nunquam confingerent, atque irumperent. Indicat id Aristophanes, in *Pinto*, dum ait, *τῶν κῶμων βασιλεὺς ἔσθ' ἄνευ τῆς ἐξουσίας τοῦ θεοῦ καὶ τῶν ἀνθρώπων.* Et Xenophon in *Sympol.* ἐρχομένης αὐτοῖς ἐπὶ κάμωι συνεσπίστος ἀνθρώπων, ἐρχομένης αὐτῶν ἐπὶ ἀδύτῳ χησείδῃ τῶν τῶν δυνάμεων ποίησιν. Erat & festum ideo καμω, quod magna cum hilaritate peragitur, tanquam a commestabundis in festo Bacchi, & ita καμω ἐπιπῶν καμωσίων, interpretatur Eustathius apud Dionysium, *lib. de situ orbis.* dum is ait de Britannibus insulis loquens,

ἀρχὴ ἡ νῆστων ἔτερος, πόρος ἐνδραγμαῖς ἀνδρῶν ἀντιπῆρδην ἀγαθῶν ἀμνησίων, ἐρημίαν τελευτῶν κατὰ τὴν ἰσθμὸν ἐξ Βάκχου, ἐρχόμεναί ποσὸν μετὰ τὸν καμωσίων, ἐπιπῶν, παταγῆς ἡ κληρονομία ἐρημῶν ἡ γῆ, ὅχι κῆς ἐπὶ νῆσσι ἀλλήλοισι βισονίδες χαλῆσαν ἐλεθρομὸν ἐπερῶσι τῶν, ἐδ' ἔτω αὐτῶν μετὰ τὸν ἀνα γῆν ἡνδὶ κάμω ἀγρῶν ἐλεθρομὸν ἐπιπῶν, ὅς κῆνον κατὰ τῶν ἀνδρῶν γυναικῶν, id est, Iuxta item insularum alius tractus, ubi mulieres Hominum e regione illustrium Amistarum.

Concisa.

Concilia perfoliunt iuxta rivum sacra Baccho,  
Coronata hedera nigri folia bacca Noturna,  
Saltationis autem dulciterque excitatur sonitus,  
Non sic Threycia iuxta ripas abynthi  
Bistonides inclamant malis fratribus:  
Neque sic cum liberis atrivortem circa Gangem  
Inda comum peragunt strepero Dionysio.  
Sicut illo in loco enge congeminant mulieres.

Quibus verbis explicatur insolentem vinedi modum, quo nunc iuvenes vrantur, ab illis turpissimis Ethnicorum ritibus defluxisse, & morem & nomen translatum mutata litera comi. c. in m. v. momentum pro como dicamus. Accedit quod de como scribit Philostratus in Iconibus, in 3. pictura. vbi describit demone comum, & inde mortalib. 20. ed. con iuvenem mollem, prae vino rubicundam, quod ebrius sit, ad iuvenes accedentem, de xora faculam continentem in tenebris. comitatum lascivientibus coronatis molliibus cum facibus, cinctis praeter comiuvenem morem. Nam, inquit comus, & mulieri virum agere, & viro solam induere muliebrem, muliebriterque incedere permittit; addit cymbala & alia. Verum hoc quoque notat pro fine illius tragicediae, quod coronae illis non sint floride amplius, vt ab initio, sed ipsarum, quod capitibus concinnatae sunt, ablata sit hilaritas, cum per luxuriam ac lasciviam currant. Exitus tamen istius vitae penitencia est, & sepe fera, & miseriam cumulo oppressa, vt resurgere nequeat. Haec ab splendida mensa, vel mitur ad inferos cum diute pessimo, qui quotidie epulabatur splendide, D. Luc. c. 17. vel ad porcos, vt legitur de prodigo, qui substantiam suam perdidit vineudo luxuriose. d. c. 15. Vix est vt conuiuia, potissimum luxuriosa, sine peccato aliquo transigantur: vt non immerito ea fuerint suspecta Ioba, qui quotidie pro filiis sacrificabat, per circuitum nauo conuiuantibus, Job. 1. Proxima sunt genitalia ventri, & colluuiis ex cibis superfluis & delicatis facile concitatur in libidinem, facilius vinum in carnes & sanguinem: & exhausta crumena in desperationem vitae, vel atrociam impellit. Fitque risus Sardonicus, pereunt familiae, & nomina oblectantur praestantissimorum parentum per procos cuiusdam Penelopes vel Veneris turpissima. Magistratus his certe prospicere deberent, si velint suam ciuitatem bene regere & componere. Deberent saltem recordari legis diuinæ, quae grauiorem in hos statuit poenam lapidationis, Deut. c. 21. Si genuerit, inquit Deus, homo filium contumacem & proteruum, qui non audiat patris aut matris imperium, & coercitum contempserit obedire, apprehendens illum, & ducens ad seniores ciuitatis illius & ad portam iudicii, dicenti quae ad eos. Filium nosse, si se proteruum & contumacem est, monita nostra audire contempnit, comestationibus vascat & luxuria atque conuiuio: lapidibus eum obruet populus ciuitatis. Et morietur, vt auferatur malum de medio vestri, & vniuersus Israel audiens contremiscat. Et alibi Salomon, Prouerb. 28. Qui comestatores facit, confundit patrem suum. Exstat & lex Solonis, τὸν ἐὰν ἴδωται διατῆσαι, ἀποδῆσαι, qui suam substantiam decoerit infamis esto. Diog. Laert. lib. 1. de vita philosopho. Sant his plura similia iudicia proborum morum, quae vt me a criminibus expedit, labens praetermitto.

De termino moto. Cap. 13.

Lib. 43. Tit. 21.

- 1 Terminos antiquos transferre iure diuino prohibuitur.
  - 2 Limitum causa agrorum bella ex leuibus priuatorum contentiombus.
  - 3 Litis nomen a limitibus.
  - 4 Fines agrorum quare distinguendi fuerunt.
  - 5 Terminus quid in finibus agrorum. Et 6.
  - 7 Terminis usurpatis vel translatis, multorum poena. Et 9.
  - 10 In termino moti iudicio quae consideranda.
  - 11 Agrimentorum cur inueniunt, & quomodo de falso modo renuntiato tenentur. Et 12.
  - 13 Finitum regendorum quaestio, proprietatis est, quam suspedit possessio obiecta, & praescriptio. Et 14.
  - 15 In quinque pedum explicatio. Et 16.
  - 17 Terminum moti accusatio publica est cuiuslibet, & an crimen quocumque sit publicum. Et 18.
- Prohibetur tamen iure diuino, Deut. 19. & c. 27. citata 86. dist. r. in legibus, 12. q. 2. Prouerb. c. 22. ne quis transferat terminos antiquos, & maledictio fabricatur transferenti. Monet rusticum Columella, 1. de re rust. ne lemitas nouosque limites in agros fieri patiat. Limitum tamen contentio priuata primum, saepe in bel-

lum adoleciti veluti inter Iapiges & Tarentinos in Italia eo perueit de finibus controuersia, vt Iapige ad viginti hominum vltis millia collegerint exercitum, & instructa acie aduersus Tarentinos & Rhegios depagnerint, Dio. Sic lib. 11. Sic & inter Corinthios & Megarenenses, priuata de finibus contentio bellum genuit, idem eo. & inter Egeaeos, & Sellinuntios, idem lib. 12. Magna tamen inter vicinos iurgia & lites ex limitibus & occupatione proximorum agrorum, vnde & litis nomen Virgilio, lib. 12. Aeneid. c. forus, de verb. sig.

Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.

Proinde tamen fines concludendos, certa quadam nota distingui oportuit, & ne quae alterius essent agri usurparentur, insignia quadam apponi, quorum memoria posteris etiam doceret, vt ait Iulius Frontinus, de iure limitum, & pacem amicitiamque vicinorum contineret, vt ait Plurarchus, Problem. 14. In finalibus namque quaestionibus monumenta antiqua sequenda sunt, modo ne varietate successuum, vel arbitrio possessorum, fines additis vel detractis agris postea permutari probentur, in finalibus, fin. regund. lib. 10. P. tit. 1. l. successuum varietas eod. possunt enim contentio dominorum mutari. l. pen. eod. P. ff. Fines tamen variari esse possunt, vt itinera, sepulcra, viae, fossae, riuus. Pro terminis autem & stipites, seu lapis hamo defossus, qui magna religione colebatur ab antiquis & obseruabatur, vt ait Ouid. 2. Fast.

Nos vbi transierit solito celebratur honore,

Separat iudicio qui Deus arua suo.

Terminis sine lapide sine os defossus in agro

Stipes, ab antiquis tu quocumque, nomen habes, &c.

Statuit autem Numa Pompilius Romanorum rex, auctore Dionysio Halicarnass. 2. vnumquemque fines suos circumscribere, & finibus apponere lapides, quos sacrauit Ioui Terminali, atque decreuit sacra quatuorannis super eosdem fieri a continetibus, & fines ipsos terminos vocauit: quos si quis occultisset, aut transfuisset, sacrum eum esse Dei lege sancit. Ita vt cuiusque volenti eum occidere liceret, tanquam sacrilegum. Verba legis antiquae de termino non mouendo refert Crinitus, lib. 8. de honest. disp. c. 19.

Qui secus faxit & terminum exarastit,

Ipsius & bonus sacri sunt.

Romulus tamen ante statuerat, vt qui vicini terminos usurpasset: is, qui voluisset eripere, totum agrum usurpantis in multum locum acciperet, & ad eum iuste pertinere. Plur. probl. 14. Constantinus tamen Caesar hanc legem retinuit in termino moto pendente controuersia finium, & ante definitum sententia negotium. Qui finalem, inquit, in l. vnic. fin. regund. lib. 2. C. Theod. tit. 26. l. 4. eo. in C. Inst. in l. vlt. quae questionem si priusquam aliqui sententia terminetur, rem sibi alienam usurpare voluerit, non solum id quod male petebat, sed litem usurpatis, tantum agrum modum, quantum diripere tentauit, amittat, vt quisque, contentus suo, non exoptat quod iuria est alieni.

Mox de iure terminorum auulforum non pecuniaria multam, sed extraordinariam poenam esse respondit. In de termino moto in P. Callistratae, l. 2. eo. ex Adriani lege eum, qui occupandorum finium alterius causam id ipsum admisisset, relegatione puniendus quod si per ignorantiam, vel furam animo, verberibus caedendum. Et Calus Celsus, l. 3. eo. tit. eos, qui extra suos fines dolo malo terminos mouissent, in quinquaginta aureos, si ferui, poena capitali damnandos statuit, ex lege Agraria Neruae, nisi dominus poenam exsoluisset. Puniantur quoque pro modo & qualitate personae, qui finalium quaestionum obseruandarum causam, faciem locorum conuertunt: vt si faciant ex arbore arbutum, ex sylua caedua nouale. At Panormitanus in cap. ex literis, 13. de probat. scriptis consignauit, pecuniarias poenas in hoc crimine exoleuisse, & corporales pro ratione personarum infligi, si dolose termini transferantur. Dypus tamen, in d. cap. ex literis, arbitrio relinquit censuit iudicis, quas velit nummarias vel corporales imponere, adhibitis circumstantiis facti & personarum; sec. glo. 2. cap. fraternitatis, 34. dist. 16.

Quod ego quoque melius opinor, quia in hac quaestione de termino moto, plures possunt accedere peritales, quae negotii naturam variare possunt: siquidem si consensu contententium termini moti sint, id impune fit, & licet. l. pen. fin. regund. P. l. 2. C. eod. Possunt & euelli furti causa, & tunc ad furti quaestionem perueniendum. Possunt & per vim deiici, & tunc de vi extra ordinem agitur ex Iulii Pauli sententia, lib. 1. Receptar. sententiar. tit. 16.

Possunt tamen turbati fines & confundi multis modis aliis, quam